

CORPVS  
"SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM  
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS  
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE  
VINDOBONENSIS

VOL. IV  
ARNOBII ADVERSVS NATIONES LIBRI VII  
EX RECENSIONE  
A. REIFFERSCHEIDII

---

VINDOBONAE  
APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE  
MDCCCLXXV

procuratio debuerit suscipi fulguriti, non video cur ab rege  
 relatio sit facta caepiciei: sin autem poterat et caepicio trans-  
 igi, libidinose hominis inhiatum est crux. atque ita in con-  
 trarium pars utraque traducitur, ut nec Numa monstretur  
 5 uoluisse scire quod uoluit et crudelis Iuppiter | fuisse do-f. 100  
 ceatur, qui quod maena potuit et caepicio suscipi uoluisse  
 se dixerit humanis capitibus expiari. apud Timotheum, non igno- 5  
 bilem theologorum unum, nec non apud alios aequae doctos  
 super Magna deorum Matre superque sacris eius origo haec  
 10 sita est, ex reconditis antiquitatum libris et ex intimis eruta,  
 quemadmodum ipse scribit insinuatque, mysteriis. in Phrygiae  
 finibus inaudita per omnia uastitatis petra, inquit, est quae-  
 dam, cui nomen est Agdus, regionis eius ab indigenis sic  
 uocata. ex ea lapides sumptos, sicut Themis mandauerat pree-  
 15 cinens, in orbem mortalibus uacuum Deucalion iactauit et  
 Pyrra, ex quibus cum ceteris et haec Magna quae dicitur  
 informata est Mater atque animata diuinitus. hanc in uertice  
 ipso petrae datam quieti et somno nequam incestis Iuppiter  
 cupiditatibus adpetiuit, sed cum obluctatus diu id quod sibi  
 20 promiserat optinere nequisset, uoluptatem in lapidem fudit  
 uictus. hinc petra concepit, et mugitibus editis multis prius  
 mense nascitur decimo materno ab nomine cognominatus Ag-  
 destis. huic robur inuictum et ferocitas animi fuerat intrac-  
 tabilis, insana et furialis libido et ex utroque sexu; ui rapta  
 25 diuastare, disperdere, immanitas quo animi duxerat; non deos  
 curare, non homines nec praeter se quicquam potentius credere  
 terras, caelum et sidera continere. cuius eum audacia qui- 6  
 busnam modis posset uel debilitari uel comprimi saepenumero  
 esset deorum in deliberatione quaesitum, haesitantibus | ceteris f. 100b

2 caepiciis <i>P corr</i>	4 Numa <i>Hildebrandius</i> : numam <i>P</i>	6 maena	
<i>Zinkius</i> : Numa <i>P</i> a Numa <i>Salm</i>	potuit et] potuisse <i>Sab</i>	caepitio	
<i>Sab</i> : cepio <i>P</i>	7 se add <i>Zinkius</i>	8 unum <i>Urs</i> :	
uirum <i>P</i>	11 frigiae <i>P</i>	12 inquit <i>P corr</i>	
10 est <i>P</i>	18 nequam <i>C. Barthius</i> : quam <i>P</i>		
14 uocata <i>Meursius</i> : uocatae <i>P</i>	21 hinc <i>Urs</i> : hanc <i>P</i>	22 acdestis <i>P</i>	24 ut ex <i>Stewechius</i>
utroque <i>Gel</i> : utraque <i>P</i>	sexus <i>Sab</i>	25 deuastare <i>Urs</i>	ire
immanitas <i>Salm</i>	26 p[re] Urs	credere; terras <i>uulgo</i>	27 con-
temnere <i>Sab</i> , <i>uulgo</i>	quibusnam <i>Sab</i> : quibusdam <i>P</i>		tem

huius muneris curam Liber in se suscipit. familiarem illi fontem, quo ardorem fuerat suetus et sitiendi lenire flagrantiam ludo et uenationibus excitatam, ualidissima succedit ui meri. necessitatis in tempore haustum accurrit Agdestis, immoderatus potionem hiantibus uenis rapit: fit ut insolita re uictus soperem in altissimum deprimatur. adest ad insidias Liber, ex setis scientissime complicatis imum plantae init laqueum, parte altera proles cum ipsis genitalibus occupat. exhalata ille ui meri corripit se impetu et adducente nexus planta suis ipse se uiribus eo quo uir erat priuat sexu. cum discidio partium 10 sanguis fluit immensus, rapiuntur et combibuntur haec terra, malum repente cum pomis ex his punicum nascitur. cuius Nana speciem contemplata regis Sangari uel fluminis filia carpit mirans atque in sinu reponit: fit ex eo praegnas. tamquam uitiata claudit pater et curat ut inedia moriatur: pomis atque 15 aliis pabulis deum sustentatur a matre. enititur paruulum. sed exponi Sangarius praecipit: repertum nescio quis sumit + formas, lacte alit hirquino et quoniam Lydia scitulos sic uocat, uel quia hirquos Phryges suis attagos elocationibus nuncupant, inde Attis nomen ut sortiretur effluxit. hunc unice 20 mater deum, ore fuerat quod excellentissimo, diligebat. diligebat et Agdestis, blandus adulto comes et qua solum poterat f. 101 minime rectis adsentationibus uinctum saltuosa dicens | per

2 ardorem <i>Sab:</i>	o'dorem <i>P</i>	lenire <i>Sab:</i>	leniet <i>P</i>	flagrantiam
<i>Sab:</i>	fraglantiam <i>P</i>	3 ualidissimi <i>Urs</i>	4 aestatis <i>Urs</i>	
acdestis <i>P</i>	7 imum <i>Canterus:</i>	unum <i>P</i>	planctae <i>P corr</i>	
8 exhalata <i>Urs,</i>	<i>Scaliger:</i>	exalta <i>P</i>	exaltatus <i>Sab</i>	10 quo <i>Sab:</i>
quod <i>P</i>	uir erat <i>Urs,</i>	<i>Scaliger:</i>	fuerat <i>P</i>	dissidio <i>Sab</i>
12 repente <i>Sab:</i>	repente te <i>P</i>	. in mg R	punicum <i>Sab:</i>	pinicum
<i>P</i> puneum <i>sic r</i>	Nana <i>Gel:</i>	nata <i>P</i>	nana <i>Sab</i>	grana in err
13 Sangari uel] <i>Sangarii Sab</i>	14 praegnas <i>r:</i>	praegnat <i>P</i>	praegnans	
<i>Sab</i>	15 oriatur <i>P corr</i>	16 pabulis <i>Scaliger:</i>	tabulis <i>P</i>	bacculis
<i>Sab</i>	17 Sangarius <i>Sab:</i>	sanguinarius <i>P</i>	quis <i>Sab:</i>	quid <i>P</i>
18 formans <i>Sab</i>	in err format <i>Gel</i>	Phorbas <i>Salm</i>	19 frygis (i in e	
corr) <i>P</i>	20 Atys <i>Sab sic semper</i>		deum, ore <i>Sab:</i>	de more <i>P</i>
de humore c	diligebat.	diligebat <i>Meursius:</i>	diligebat <i>P</i>	12 ac-
destis <i>P</i>	comes <i>Sab:</i>	comis <i>P</i>	23 minime scripsi:	destis <i>P</i>
amans <i>Gel</i>	tectis <i>Gel</i>	uinctum <i>Rigalius:</i>	minus <i>P</i>	

nemora et ferarum multis muneribus donans, quae puer Attis primo sui esse dicebat laboris atque operis glorians: per uinum deinde confitetur et ab Agdesti se diligi et ab eo donis siluestribus honorari; unde uino, quod silentium prodidit, in eius nefas est sanctum sese inferre pollutis. tunc Pessinuntius rex 7 Midas alienare cupiens tam infami puerum coniunctione matrimonio eius suam filiam destinat, ac ne scaeuus aliquis nuptialia interrumperet gaudia, fecit oppidum claudi. uerum deum mater adulescentuli fatum sciens interque homines illum 10 tamdiu futurum saluum quamdiu esset solutus a matrimonii foedere, ne quid accideret maesti, ciuitatem ingreditur clausam muris eius capite subleuatis, quod esse turritum ratione ab hac coepit. \*\*\* Agdestis scatens ira conuulsi a se pueri et uxoris ad studium deriuati conuiuantibus cunctis furorem et 15 insaniam suggerit: conclamant exterriti + adorandorum Phryges, mammas sibi demetit + Galli filia paelicis, rapit Attis fistulam, quam instigator ipse gestitabat insaniae, furiarum et ipse iam plenus, perbacchatus iactatus proicit se tandem et sub pini arbore genitalia sibi desecat dicens 'tibi Agdesti haec habe, 20 propter quae motus tantos furialium discriminum concitasti'. euolat cum profluvio sanguinis uita, sed abscisa quae fuerant Magna legit et \*\* Mater deum, inicit his terram, ueste prius tecta erant atque inuoluta defuncti. | fluore de sanguinis uiola flos f. 101<sup>b</sup> nascitur et redimitur ex hac arbos: inde natum et ortum est 25 nunc etiam sacras uelarier et coronarier pinos. uirgo sponsa

1 danans <i>P corr</i>	3 <sup>b</sup> acdesti <i>P h deleuit r</i>	5 sanctuarium
<i>Gel</i> sese <i>Urs:</i> se <sup>ee</sup> <i>P</i>	polluctis <i>Urs</i>	pessinuncius <i>P</i>
<i>corr</i> 7 ei <i>Meursius</i>	scaebus <i>P</i>	8 fecit <i>Sab:</i> fecisse <i>P</i>
9 adulestuli <i>P corr</i>	10 <sup>a</sup> esset (t ex d) <i>P</i>	12 esse <i>Sab, r:</i>
esset <i>P</i>	turritum <i>Sab, r:</i> turrium <i>P</i>	13 lacunam signaui
acdetis <i>P</i>	15 ad ora deorum <i>Urs</i> ad ora amborum <i>Meursius</i> ad horam	
<i>Salm</i> ad orgia eorum ?	fryges <i>P</i>	16 demetid <i>P corr r</i>
testulam <i>Sab</i>	19 desegat <i>P corr</i>	tibi <i>Sab:</i> sibi <i>P</i>
acdesti <i>P</i>	20 quae <i>Sab, r:</i> quem <i>P</i>	21 profluui <i>Sab, r:</i> pro-
abscissa <i>Sab</i>	fuerant <i>Sab, r:</i> fuerat <i>P</i>	fluui <i>P</i> 22 et om <i>Sab</i>
lacunam signaui: intercidisse uidentur talia lauit balsamisque unxit		
et iniicit <i>Sab</i>	23 erant addidi	inuolutis <i>Sab</i>
tectis <i>Sab</i>	24 inde <i>Sab:</i> uide <i>P</i>	25 sacras <i>Sab:</i> sacra <i>P</i>

quae fuerat, quam Valerius pontifex Iam nomine fuisse conscribit, exanimati pectus lanis mollioribus uelat, dat lacrimas cum Agdesti interficitque se ipsam: purpurantes in uiolas crux uertitur interemptae. mater suffudit et Iam deum, unde amygdalus nascitur amaritudinem significans funeris. tunc arborem pinum, sub qua Attis nomine spoliauerat se uiri, in antrum suum defert et sociatis planctibus cum Agdesti tundit et sauciat pectus pausatae circum arboris robur. Iuppiter rogatus ab Agdesti ut Attis reuiuesceret non sinit; quod tamen fieri per fatum posset, sine ulla difficultate condonat, ne corpus eius putrescat, crescant ut comae semper, digitorum ut minimissimus uiuat et perpetuo solus agitetur e motu. quibus contentum beneficiis Agdestim consecrassae corpus in Pessinunte, 8 caerimoniis annuis et sacerdotiorum antistitibus honorasse. si contemtor aliquis numinum et sacrilegi pectoris immanitate furiosus intendisset animum maledicere diis uestris, auderet in eos quicquam grauius dicere quam ista prodit historia, quam uelut quiddam mirabile commentarii contulisti in formulam ac, ne illam uis temporis et uetustatis obsolefaceret longitudo, f. 102 perpetuitatis | honore mactastis? quid est enim de diis in ea possum quidue conscriptum, quod non, si in hominem dixeris pudibundis moribus et disciplinis horridioribus educatum, et contumeliae reus sis et iniuriis et offenditionibus odium similitibus subeas inexpiabilibus comparatum? ex lapidibus, inquit, quos Deucalion iactauit et Pyrra, deum procreata est 25

3 acdestio *P* interficitque *Sab*: interfecitque *P* iam *P corr*  
 purpurantes *P* 4 suffudit et Iam *scripsi*: suffudit etas *P* suffudit et se *Sab* suffudit eam *Gel* sustollit et sepelit *Urs* suffudit et has *Salm* 5 amygdalus *Sab*: amegdalus *P* ammegdalus *c* ammigdalus *c'* 7 atrum *P corr c'* acdesti *P* 8 pausata *Salm*  
 9 hacdesti (*h expunxit r*) *P* ut *Sab*: tit *P* 10 condonat *Sab*: condonant *P* 12 e] et *Sab om Gel* 13 acdestim *P* 14 caerimoniis *P corr c'* annuis *P* sacerdotiorum *scripsi*: sacerdotum *P* antistitibus *Sab*: antistib, *P* intestibus *Salm* antistitiis *Oehlerus* 20 honore *Sab*: honore *P* 23 iniuriae *Sab* iniurius *Meursius* offenditionibus *Zinkius*: offendiosis *P* 25 deucalidon *P corr* iactauit *P*